

forte necessitate cogente, aut petita & obtenta a preside
nente chori licentia discedere oporteat, pro illa hora ab
sens videatur, Salvo tamen Ecclesiasticorum consuetudinibus,
si qua foris circa haec artibores existant. Idem obseruantur
in his qui a principio usque ad finem in processionebus non
permanerint. Pro eius executione deputetur aliquis oras
habens notandi personas singulas statu tempore non con
venientes, instrumento aspergili agere fideliter & nulli par
ceret.

Sanczionem istam ab initio usque ad verba haec: Sal
vis tamen consuetudinibus, eruit Synodus Senonensis per
singula verba ex Concilio Basileensem sessione 21. in qua
etiam admontentur, qui ad Divinum officium conve
niunt, ut animo se preparant ad recolligant, secundum
quod scriptum est Ecclesiastici 18. Ante orationem pra
para animam, ne sis quasi qui tentas Deum.

3. Art. II. cap. i. Episcopi in suis dioecesibus nisi ex
causa necessaria, honesta vel probabili, residant: & prin
cipaliter post tempus visitationis diocesum suarum & lo
corum suorum campestrum in civitate sua mansum &
determinationem habeant & faciant. In festivitatibus so
lemnibus per se in Ecclesia suis solemnitate celebrant. Ab
omni deformitate & nota in capillis, capaciis suis, & ha
bitibus penitus abstineant. Domini sua bene present, &
familiam moderatam & disciplinatam habent & re
teant. Honestos, & doctos, & Ecclesiasticos viros in Di
vinis scripturis & canonibus eruditos, presentim in vi
sitationibus suis secum habeant. Ordines mundi & sancte
conferant, abitis & probatis de beneficio provideant. Ab
indebitis & iniustis exactiobus cesserent & abstineant,
suoque Officiarios & commissos abstineant faciant.

Sanctus Gregorius Papa per allegoriam Divini manda
ti apud Exodum cap. 29. ut de oblatis pacificis victimis
separetur armus, & pectorulum in partes, ad victimum
Aarons filiorumque ejus Sacerdotum, effigiem & offi
cium boni animalium Pastoris representant in 2. parte
Pastoris cap. 3. dicens: Divina lege armam Sacerdos dex
trum in Sacrum accipi & separatum: ut non solum
sit operatio eius utilis, sed singularis: nec inter malos
tantummodo, que recta sunt, faciat, sed bene quoque ope
rantes subditos sicut honore Ordinis superat, ita etiam
amore virtutum transcendat: Cui esu quoque pectorulum
cum armo tributur: ut quod se sacrificio precipitur sume
re, hoc de semetipso Autori discat immolare: & non
solum pectori, que recta sunt, cogitet, sed spectatores suos
ad sublimia armi operis invicet; nulla prospera presentis

vita appetat, nulla adversa pertimescat. Episcopum autem
noa solum in propria dicere, sed etiam in Ecclesia, in
qua fides ejus est constituta, jampridem cautum fuerat
can. 5. Concilii Carthaginensis V.

4. Cap. V. est de concubinatu coercendo, eademque
iisdem propriis verbis constituit, que haud multo
ante adduximus ex Concilio Rothomagensi post Basileensem
Concilium, quo eadem prius accurate sancta fuerant.
Quocirca ne per eandem lineam reciprocando ferram
modestum simus, require superius Concilium Rothomagen
se anni 1445, can. 21.

5. Cap. VI. Constituit, ut Ecclesiastici live in habitu
sive in capillito inordinati, si moniti non desistant,
ab Ecclesia ministerio ad tempus arceantur. Sed si post
prestitutum tempus in contumacia persistant, omnibus
Ecclesiasticis emolumenti & beneficiorum fructibus pri
ventur abique illa personalum acceptione.

6. Cap. VII. Reducit in proximis antiquos de vita &
honestate Clericorum canones, quibus accessum ad ta
bernas prohibet, omnemque ebrietatem, negotiations,
mercimonia, negotiorum secularium gestiones, & pro
curas.

7. Cap. VIII. Clericos aleatores taxillisque aut ludic
rum violentis corporis exercitiis conjunctis se applican
tes, canonicas penas subiecti, nisi admoniti desistant.

8. Cap. IX. Pastores, qui diversi locis vagantes,
saepe etiam predicationis officium sine canonica appro
batione usurpati, per diversas, quas peragunt, plaga
& regiones, falsa senpnumero litteras ac bullas circum
ferentes, ad extorquendas hominum credulorum & sim
plicium titulo eleemosynarum pecunias, reprimunt: sub
iecta Ordinariorum cognitioni & examini, renovatque
constituta Concilii Lateranensis generalis sub Innocen
tio III. relata in c. cum ex eo, de pecc. & rem. nec
non Concilii Viennensis in Clement. abusonis, eod. tit.

9. Art. III. verbius omnino circa Religiorum re
formationem.

10. Art. IV. officia & obligations prosequitur la
corum.

11. Denique ad plenam eorum, quae Concilio statuta
sunt, observationem, praecepit sancta Synodus, ut in singulis
dioecesibus omnia hac inter Missarum solemnia pu
blicantur ac promulgantur. Singulis diecesibus te
stes Synodales nominatim expresos assignat, qui sollicite
invigilant & perquirant, si qui sint qui Concilii de
creta transgrediantur: aut si Pastores debitam in his di
ligentiam adhibeant, aut adhibere negligant, admo
neantque Metropolitanum, ac singulos suffraganeos Epis
copos, atque ad primum futurum Concilium referant.



ECCLESIAE DECIMISEXTI SÆCULI HISTORICA SYNOPSIS.

1. **X**tincto Carolo VIII. absque prole ul
la, succedit in Francie regnum Ludo
vici Aurelianensis Dux, Ludovici
illius nepos, quem Joannes Burgundia
Dux Parisiensis interemerat, filius vero
Carolus Aurelianensis, qui in Azincur
tensi certamine captus, annos viginti quatuor ab Anglis
in custodia detentus fuerat. Simul ac Ludovicus ejus
nominis XII. regnum exorsus est, se utriusque Sicilia
ataque Jerosolymorum Regem, Mediolanensemque Du
cem appellari voluit. Et subinde facto divortio cum
Joanna Ludovici XI. Francie Regis filia a se intacta,
quam invito ipso sed pre metu consentire fingente pa
ter induxerat, Annam Britannicam Regis Caroli VIII.
viduam approbante Alexandro VI. summum Pontifice sum
psit uxorem anno millesimo quadrageentesimo nonagesi
mo octavo. Novus ergo Rex jura sua repetas ab avia
sua Valentina Joannis Galeaci Mediolanensem Ducis
filia, cum tamen Franciscus Sforcia, qui primus gentis
sue Mediolanensi Ducatu potitus est, illam retinuisse
ditionem jure affinitatis, & adoptionis sua a focero
Philippo ultimo Mediolanensem Ducum ex progenie
Vicecomitum, qui Blanca filiam suam illegitime na
tam Francisco Sforcia dederat uxorem, eumque sibi
filium adoptaverat, ex quo ortus Ludovicus Sforcia co
gnomento Maurus Ducatum Mediolanensem possidebat.
Huic inquam Rex Ludovicus bellum indixit, Alpibus
que transmissis Alexandriam vi subegit, aliasque urbes
& oppida partim armis, partim ditione subjugavit.
Sforcia spe omni excidens ad Maximilianum Casarem
fugere coactus cetera victoribus prona reliquit. Sic bre
vi Mediolanum in Francorum potestatem cum arce re
ductum est. Subiit cum Infibria tota Francorum Imper
ium opulentissima civitas Italii Genua, ab amulis
inter se diversarumque partium viris Adornis & Fregio
nis certamin Regi tradita. Ceterum post quintum exili
mensis reverso in Galliam Rege, & ditionibus inter
se constitutis proregibus Aubignio & Trivultio in
infibris Sforcia revocatur profugus: qui cum fratre
Ascanio Cardinale ex Germania regrescus, primum Co
mum ad Latum Lacum sitam urbem ultra dendentibus
se civibus occupat. Dein Mediolanum celeriter advo
lans urbe summa gratulatione excipitur, Trivultio ad
versus Novariam recedente. Uno impetu Ticinum ur
besque ceterae transpadanae, præter arcem Mediolan
ensem & Novariam reducunt Sforcianum admittunt. Rex ve
ro & Gallia novum copiarum delectum in subsidium mit
tit duce Ludovico Trimollio militari laude percelebi
adjuncto Cardinale Georgio Ambroso, qui prudentibus
consilis publicam rem promoveret. Aries inter utram
que partem apud Novariam conferitur, vietus uterque
Sforcia Novariam se recipit, in qua erat Helvetiorum pra
sidium, sed praesidiari ab eo deficiente, loci ditione
facta, cum ex conventione cum Francis pacta loco exire
rent in armis & ordine militari. Franci gemino hinc
inde ordine insidente, Helvetiosque observantes, Sfor
ciam cum tribus fratribus Sanferinensis in habitu grega
lia militis Helvetii immixtum deprehendunt, captivum
que abducunt. Ascanius accepta fratri clade, dum per
fugium querit, in manus quoque Francorum incidunt.
Ludovicus Sforcia Lochis carcere detentus decennio
fuit, ibique vivere desit. Ascanius vero Cardinalis in
Bituricensi turri capitavitem sustinuit, unde biennio
post gratia Cardinalis Ambrosii in libertatem est eductus.
Duo autem Ludovicus Sforcia liberi Maximilianus &
Franciscus tuti in Germania confederunt. Secunda
hac Victoria Francis obtigit primo hujus saeculi anno.

2. Sequent porro scilicet 1501. Ludovicus Francie,
& Ferdinandus Hispanie Reges fedus mutuus inierunt
deturbandi ex Neapolitano regno Friderici, illudque
inter se dividendi, ut Hispanus Apuliam, & Calabriam;
Francus vero Neapolim cum reliqua regni parte fortire
tur. Francus jus obtendebat investiture Carolo Ande
gavensi sancti Ludovici fratri, ejusque heredibus ab Ur
bano IV. concessa, & a Clemente IV. & Gregorio X.
aliisque Romanis Pontificibus confirmata, exclusa ob
perduellionem erga Romanam fedem, & infamia cum
Saracenis impiaque federa, Friderici secundi Imperato
ris prole. At Hispanus nullo iure fretus quam proprii
emolumenti, adjuncto praetexto belli communibus utrius
que Regis viribus adversum Turcas suscipiendo, necnon
approbationis Alexandri Papae VI. qui sub specie T
cice expeditionis in eandem regni Neapolitani pa
rtitionem confererat. Sed sperabat Ferdinandus (nec ip
sae Cabassutii, Notitia Ecclesiastica.

spes refellit) successu temporis Francos a se per Hispa
nas artes & Francorum consuetam incuriam brevi deje
ctum iri. Fridericus vero jus sua possessionis ab Alfon
so Aragonum Rege cognomine Magno repetebat, qui
nulla legitima relata prole, Neapolitanum regnum ad
spurium filium Ferdinandum transuferat, ex quo natus
Fridericus fuit. Pius vero Papa secundus hoc eidem re
gnum confirmaverat, excluso Renato Andegavensi,
ejusque filio Joanne. Ipse vero Fridericus ortum ducens
ab Alfonso successionem aviti regni natus erat. Quin
etiam Ferdinandus ipse Hispaniarum Rex se proximum
ipsi Alfonso legitimum successorem assertebat, cui cura
nefas fuisset regnum deferri spurio ex gemino adul
terio nato, (mater enim Ferdinandi, quando hic in lu
cem editus est, alteri viro nupta erat) successio jure
proximo legitime consanguinitatis fratri Alfonsi ejusque
posterioris debebat; is autem erat Joannes Aragonie
Rex, inter quem & notum Ferdinandum Alfonsum duo
regna sua distribuerat, ut Joannes Aragonie regnum,
Neapolitanum autem Ferdinandus filius spurio nanci
sceretur: cui deinde jure consanguinitatis Fridericus
successebat. Ferdinandus vero primum Aragonum Rex,
deinde auctus per conjugium cum Isabella regno Castel
la, filius erat Joannis Aragonii ex legitimis nuptiis;
atque ita legitime consanguinitatis jure proximus om
nium Alfonsum patrum contingebat. Contracto itaque
fædere Apulia & Calabria dominatio penes Ferdinandum
esse debebat cum nomine Duxatus, penes autem
Ludovicum reliqua illius regni provinciae & arcis una
cum Neapo sub titulo Regni. Sicilie vero insulae in
tegrum jus & Dominatam Ferdinandus possessori relin
quebat. Miser autem Fridericus se potentissimis adver
sariis perficiens viribus imparem, prælegit seorsim cum
Ludovicu, quam cum Ferdinandu, cui magis diffidebat,
pacifici: desertis igitur, quas possidebat, ditionibus
Franco se ultro tradidit, a quo pensione munifica don
atus privatam & tranquillam in Gallia reliquam trien
nio vitam egit. His ita constitutis, Ludovicus in Fran
cie regnum successit constitutis ad novum regnum ad
ministrandum Gallicanis ducibus non quidem inexperti
bus bello, sed prudentia & diligentia longe imparibus
Ferdinando Consalvo, quem sui loco in parta recens
ditione præfectum reliqui Rex Ferdinandus, quo duce,
novis mox turbanda pacis prætextibus quæfuis, Francos
parum cautos, numeroque innuminos, deficiente pecu
nia & stipendiis, necessariisque ad victimum & pugnam
commeatus defititos, & popularis gratia excolentes
insecos, brevi Neapolitan regno exigit anno 1504.

3. Infulta morte per venenum quibusdam Cardinali
bus & Proceribus necandis a Cesare Borgia preparatum
per occiditoris errorem extinto Alexandro Papa VI.
datus est successor Pius III. Sed & isto post undecim &
coronatione dies vita functo proiectus ad Romanam
fedem fuit Julianus Rovereus Cardinalis, opibus, auto
ritate & amicis potens, omnis expers litteraturæ, indo
le ferox, ira impotens, gloria militaris appetentissimus,
in commando audax & truculentus, quo occasione ne
omni virtute videretur vacuus, proditum fuit de eo
nullatenus fuisse dissimulandi artificem. Hic per decen
nium continuas cum Alexandro Papa habuerat simula
tes, ob quas Roma totaque Italia semper absuit, ver
sus apud Francia Reges Carolum VIII. & Ludovicum XII. quos ad Italica bella incessanter impellebat.
Ipseque Carolo arma in Italiana inferenti comes adhe
rit. Anno denum 1504. creatus Pontifex maximus, si
bique aucto Julii secundi nomine, suos omnes conatus
& consilia contulit ad recuperandas ditiones Ro
manæ olim Ecclesiæ præceptas, usus armis & fortitudi
ne Ludovicus Francie Regis, qui solus cum Francis omnia
belli pericula & sumptus in se recepit, Maximiliano
Cesare, qui foderis quoque particeps erat, nullum
cum suis Germanis subeunte discrimen. Primus arm
orum confactus ad Agnadelum seu Ghiaradaddum adver
sus Venetos, quorum multa oppida & urbes Julius Pa
pa repebat, factus est; quo tam luctuosam cladem Ven
etici accepere, ut amplius decem millibus in acie perem
ptis, ipsoque eorum Duce capto Bartholomeo Alvia
no, ejusque oculo lanceæ acumine perfozzo, tormenta
signaque & impedimenta victori Franco in prædani ces
serint. Ea clade Venetorum animi usque adeo concide
runt, ut de dimittenda tota continentia solaque urbe
Venetiæ tuenda cogitarint. Uno Victoria cursu Rex
Caravagium, Bergomum, Cremam & Cremonam invadit,
mox Pelquerie arcem, quam Veneti crediderant inexpugna
bilem,